

¶ Petri Grauinæ
ad celos ascēsu: ha
xyi. Maii. M. cccc

¶ Videntib
suscepit ab e



¶ Iſi ille
mihī a
ta reru
cere in

ſtri leſu xpī ac be
implorem; & ut d
adſint tacit is ado

¶ Neſcio quo diu
tresq; amplis. ut
moranti: cuius ian
mo patria incredi
feliciter obuener
aſcēſu eſſem hoc
terraꝝ eminentiſſi
modū ſentio rem
ſertim nō a quar
terris agentī null
ſæ genus ad dice
ſublimius q̄ de d
ter cœleſtes loqu
tor certe fœlix; ¶

00
01
02
03
04
05
06
07
08
09
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25

130
¶ Petri Grauinæ Panhormitaní Oratió de Christi
ad cœlos ascensu: habita apud Alex. VI. Pont. Max.
xvi. Maii. M. cccc. xciii.

¶ Videntibus illis eleuatus est: & nubes eum
suscepit ab oculis eorum. Actuum primo.

Nisi ille bonorum omnium largitor deus os
mihí aperiat ad loquendum: facile sub tan-
ta rerum mole deficiam. Quare anteq̄ di-
cere ingrediar Religio monet ut dñi no-
stri Iesu xp̄i ac beatæ uirginis Marię auxiliũ suplex
implorem: & ut diuino numine fauentes mihí semp̄
adsint tacitis adorem precibus: Ave Maria.
¶ Nescio quo diuino cõsilio actũ sit Pont. Max. pa-
tresq; ampliss. ut mihí iam trienniũ in hac urbe com-
moranti: cuius iampridem etiam posthabita Panhor-
mo patria incredibilis me cœperat amor: nũc primũ
fœliciter obuenerit ut de xp̄i triumphantis ad cœlos
ascensu essem hodierno die hoc in loco totius orbis
terrarũ eminentissimo uerba facturus. Nam quemad-
modũ sentio rem quã suscepí humanis ac meis præ-
sertim nõ æquam uiribus: ita facile fateor hominí in
terris agentí nullũ maius hoc ipso aut illustrius cau-
sæ genus ad dicendum pponi potuisse. Quid enim
sublimius q̄ de deo apud Vicariũ suum & ueluti in-
ter cœlestes loqui? Cũ sim igitur hodie hac rōne ora-
tor certe fœlix; Quanto tñ fœlicior futurus si ipsam

rei magnitudinē par facundia sequeretur: Multū nāq;
diuinitatis habeat necesse est qui de diuinis rebus di-
uine loq; cōcupiscit. Sed mea in deum ac sanctā Ro.
ecclesiā summa pietas quæ me maxime ad audendū
impulit: & pro suscepto munere breuitas t̄p̄is mihi
aliqua ex parte laborātī apud oēs quæso patrocinen-
tur. Iam uero ad illum nr̄a dirigat̄ orō: cuius non so-
lius hoīs: sed etiā dei res gestæ nō usitatis p̄phanisq;
uerbis: sed solēnibus ac sacris referendæ sunt. q; nos
testamēto suo adoptauit & liberatos uinculis infer-
ni in hereditatem regnī cœlestis ascīuit. Demādata
itaq; hodie discipulis sui noīs prædicatiōe circumfu-
dit se repēte nubes eumq; in cœlū sustulit quadrage-
simo post resurrectionē die: Qui quidē dies adeo fau-
stus & sc̄elix orbi terrarū illuxit ut diuina p̄phetarū
pectora hunc ip̄m aliqñ uenturū multo ante præsen-
serint. Hic ille præsignatus est dies cū Hieremias uī-
dit leonē ascēdentē de cubili suo & prædonē gentiū
se leuantē. Hunc diē ueluti p̄ntem habebat ante ocu-
los Daniel cum cecinīt: Ecce in nubibus cœli filius
hoīs ueniebat: & usq; ad uetustū diē p̄uenit. Nōne
stabant inquit Zacharias pedes eius sup̄ montē oli-
uarū ad orientē? Et princeps ille p̄phetarū David ita
uaticinat̄: Reduxit electos suos in exultatōe & in læ-
titia & iubilatiōe & in uoce tubæ ascēdit. Abeāt igit̄
& suo p̄iculo desipiāt impiī Arriani q; diuinā ab hu-
mana in xp̄o naturā nephariis uerbis sepantes uelu-
ti stridētes p̄cellæ & turbulētissimæ tēpestates ausi

131
sunt diuina oia & humana uiolare. Nesciebatis infa-
ni modo xpm ut deum: mo ut hoiem loqui cofueuif
se. Nesciebatis & dei & hois substantia in eo unam
esse psona. Nesciebatis q neq mortē solus deus sen-
tire: nec solus homo superare potuiffet. Quod dei fi-
lius factus est nra infirmitatis particeps nō suae ex-
pers maiestatis: quod neq loco se mouit qui loco nō
continet. Neq uenerat p Cancrū neq reuersus est p
Capricornum: qua ire ac redire aios astrologi opinā-
tur. Sed quemadmodum se submiserat cum forma ser-
ui indueret: ita secum ea sublata ascēdit ac sup eo la-
uit ad ccelum. Quare sup excelsa mundi (ut Augusti-
nus canit) terrenum corp⁹ hodie imponit: & ossa in-
ter sepulchri angustias paulo ante cōclusa coetib⁹ an-
geloz inferunt: & in gremium imortalitatis morta-
lis natura transfundit. O nullis antea seculis auditā
humani generis dignitatē: O admirabile diuinæ my-
sterium clāmentiae: quo erexit ex terra inopem & ex
stercore eleuauit pauperē: quo interclusum ab Adā
nobis iter ad ccelum Christus aperuit: quo patrum
nostrorum animos e tenebris in lucē euocauit: quo
fuso fugatoq; humani generis hoste uictor ac trium-
phator in patriā reuersus est. Itaq; ut Saluatoris no-
stri laboribus finem hodiernus dies attulit: ita initi-
um beatitudinis humanæ confirmauit. Quid enim
maius per deum nobis conferri potuit q q; celesti-
bus exequati dignitate sum⁹. Resurrectio nanq; do-
mini imortalitatem & post interitum uitā superesse

nobis ostēdit: At ascētio in cœlū beatitudinē. Quic-
quid ergo effecit x̄ps anteq̄ pateretur (ut beatus Leo
docet) ad demonstrandā suscepti hominis ptinuit ue-
ritatem: post passionē uero ruptis uinculis mortis in-
firmas in uirtutē: mortalitas in immortalitatem: cōtu-
melia transiuit in gloriam. Neq; enim hodie x̄ps ut
Enoch translatus: neq; ut Helias per aerem ab ange-
lis subuectus: sed sua uirtute (Gregorio asserēte) cœ-
lum penetrauit: Hac uirtute ob signatū a Mose x̄ps
aperuit testamentū: hac inferorū portas pfregit: hac
morte inita mortis necessitatē uicit: hac deniq; in cœ-
lum se sustulit atq; æterni confors imperiū ad dexte-
rā patris cōsedit. Signabāt illi Thraces uetustissimi
(ut apud nōnullos legimus) dies quos iudicabāt for-
tunatos candidis lapillis in urnā conditis: quos qdē
fortasse per quasdā uitæ illecebras & inhonestas uo-
luptates transigebant. Quanto nos euangelicæ xp̄ia-
næ legis sectatores & uerius & iustius huius diei fœ-
licitatē nō albis calculis (ut illi) sed candida nr̄orū pe-
ctōrū simplicitate: solido gaudio: spe firmissima: inte-
gerrimis officiis: ppetua obseruantia: diuinis medu-
lationibus psequemur? Caterū si cupimus huius di-
uinæ uirtutis fieri participes & eius uim intueri. Et
quonā modo xp̄i ascendētis exemplo cū corpore in
cœlū nos etiā iturū sim⁹: fomēta corporis potissimū
fugiam⁹. Et nō ea parte animi quæ sensum motū &
appetitū habet. Et quæ (ut Origeni & Cratippo &
Philoni uisum est) ab actione corporis nō seiungit:

132

Sed ea quæ intelligentiæ ac rōnis est particeps & ab omni labe corporis sepata: nos ipsos supra terrā extolamus: Qua quidē Moses cū deo in monte Sina locutus est: qua Helias Heliseusq; & ceteri pphetæ per cōquisitas solitudines & reliqui oēs heremi cultores deū inuestigarunt: Qua Ioannes ap̄lus sup̄ astra euect⁹ est: Qua Paulus ad tertiuū cœlū euolauit: qua Stephanus cœlos ap̄tos & filiū dei stantē ad dexteram patris uidit: qua discipuli hodie abeuntem dñm sunt p̄secuti. Habet .n. ipsa animi (ut ita loquar) castitas atq; uirginitas quandā cū diuinitate cognationē ut cū carceris corporei tenebras mēs ipsa discusserit ad diuina facile penetret ac sape etiā præuideat futura. Cōtem plemur itaq; hodie purgatis animis q̄tum humano generi xp̄s contulerit: cui nō modo aīæ sed etiā corporis immortalitatē confirmauit. Quid igit̄ ulterius quærā: quid de aīæ immortalitate primus ille Pherecides Syrus: qd zoroastes Orpheus Pythagoras & Plato: & sex post Platonē achademix disseruerint? Iā mihi sup̄ hac re uatū Sybillarūq; sordēt carmina: neq; iam illud sapientis Salomonis dictū admirror: Donec reuertat puluis in terrā suā unde erat: & spūs redeat ad eum q̄ dedit illū. Iam & ille suo falso cōmento exagitet̄ Auerrois q̄ primus unū uoluit esse oībus intellectū. Longū esset oēs recensere: hodie .n. xp̄s hmōi sacramento nō mō hanc ipsam aīæ immortalitatem nos docuit: quæ oī morte deterior esse pōt si cruciatibus apud inferos torqueat̄ æternis: qd

ne Philosophi quidem quis alia quadam ratione negare
re iis accidere qui se in hac uita libidinibus penitus
dedidissent: uerum etiam ad eam nos aduocat aeternitatem
que beatitudini coniuncta sempiterno auro fruatur: Ad
illam quae cum poena est uitiu[m] p[er]ducit: ad hanc uero uir
tus ipsa comitatur. Quomodo igitur uidere hodie di
scipulis licuit (ut in ea spe confirmarentur) xpm in celum
subleuari: sic nobis quoque fide interposita ad illa eter
na gaudia peruenire sperandum est. Sed fide opus est
omnino: sine qua nutant omnia & feruntur in praecipitium. Hanc
Paulus apostolus: hanc Leo Pontifex hanc Gregorius ille Na
zianzen[us] implorat: Salue humani generis dux & im
peratrix Fides: Salue uera Religio pietatis alumna:
magistra scientiarum: Te duce igitur tales euadamus
ut ad templum illud aeternitatis ascendentes hodie
Saluatorem nostrum sequi aliquando mereamur. Sed
flagitia sunt calcanda sub pedibus & malis uitae ratio
nibus finis imponendus ut gradum illuc faciamus &
expeditiores euolemus. Et si nos illius extremi iudi
cii quod hodie praedicauerunt angeli nullus horror
mouet: Si nullus mortis aeternae pavor excitat: saltem
mouere nos debeat & allicere sensus nostros uitae illi
us cupido sempiternae. Timantes (ut traditur) pictor
artificiosissimus: cum Iphigeniae immolationem depin
geret: tristem depinxit Calchantem: tristiore[m] Vly
xem: Menelaum tristissimum. Consumptis affecti
bus cum non haberet quem uultum Agamemnoni pa
tri daret: caput eius uelauit: & suo cuiusque animo dedit

133
æstimandum. Eodē mihi hodie consilio in re tñ læ-
tissima utendum est: ut cum nō possit meæ mortalita-
tis infirmitas q̄ta sit illius ad quā hodie inuitamur ci-
uitatis eterne p̄petua beatitudo & solida sine fine fœ-
licitas aliquo orōnis genere cōseq̄ exactissimis cogi-
tatōibus ur̄is æstimandam maiori ex parte relinquā
Adhuc tñ prægestit anim⁹ rerum desiderio diuinarū
inter illas uersari; & quadā mentis alacritate altius fe-
ror q̄ ingenii mei uis imbecilla patiat̄. Iam mihi an-
te oculos obuersant̄ hæc oīa diuina mysteria: deum
factum hoīem: natum ex uirgine: a morte suscitātū;
humanā secū hodie carnē in cœlū extollere & nr̄am
supra sidera naturā collocare. Iam uiderē uideo (pro
ut existimare humana mēs pōt) nubem illā candidā
qua xp̄s uictor a patre suscipit̄: Angelorū exercitus
circumstrepētes: demonum turbas fugiētes: cœlum
ip̄m pauescere: astra mirari: agmina plaudere: tubas
inflari: totum illum cœlestis regni Senatū effundi:
regiā dulcibus hymnis resolui: archana cœlorū resera-
ri: ornatū regē gloriæ cruoris rubore pfusum ascen-
dere lætissimos cœlites speciosum uulneribus xp̄m
spolia de castris tyrannicis reportantem: diuinis car-
minibus extollere. Quis hæc omnia mortalis dicen-
do consequatur: quorum nō speret exitum reperire?
& hæc tñ omnia salutē nr̄æ prospiciunt: Nobis ad il-
lius supnæ ciuitatis fœlicitatem uiam præmuniunt.
Saluatori igit̄ nostro: quibus possumus uerbis gr̄as
agamus imortales; & quem neq; laudibus dicendo:

neq; intelligendo mente cōsequi possumus. Suppli-
ces precibus adoremus ac pro salute cōparata nobis
ipsi gratulemur. Tu uero Pont. Max. qui huius ho-
dierni triūphatoris uicē geris & in coelssima digni-
tatis sede collocat⁹ cū hoc uniuerso celesti cōcilio or-
bi terrarū p̄sides: esto memor hāc uictoriā: hunc triū-
phum bñfactis q̄tum potes imitari: & cū te caelo di-
gnū iudicauerit ac tibi suā sedē in terris reliquerit de-
us: p̄ge ut iam cœpisti cū hoc tuo laudatissimo gre-
ge quā sustines implere dignitatē: & tibi cōmissā xp̄ia-
nā Rēp. sanctissimis cōsiliis regere. Iste. n. etatis tuę
uigor & robur ī grauissimis reb⁹ toties spectata pru-
dētia p̄petua fœlicitas de te nobis magna pollicent̄
Speram⁹ oēs te p̄sede fœlicia t̄pa: ecclīæ incrementū:
inter xp̄ianos concordia: bonarū artium ac uirtutū stu-
dia feruētiora: cœli clementiā: terræ ubertatē: aiarū de-
niq; salutē: quæ oīa cōmoda ipsius dei optimi maxi-
mi benignitas te quoq; patrocinate cōfirmet.

✠ R. dñi Leonardī Coruini Ep̄i montis Pelusii

Epigramma.

Vnius ampla satis fuerat tibi gloria palmæ

Et poteras uno lætus honore frui:

Te grauina tamen duplicis possessio laudis.

Et magis ingenii dos geminata iuuat.

Scilicet inferior nullo uel carmina pangis.

Aemula uel prisce libera uerba fori

Illud Virgilio similis facis: hoc Ciceroni:

Sic quod promeruit nomen uterq; tuum est.